

1313

D O G M A T I C I.

1314

gelis univrsim e divinis Literis pertractat. Autor *Wolfgangus Liginger Ludi Monacensis Moderator*. Titulus: *Herrliche vnd schene Beschreibungen von Zwaien Biecheren. Das erste von denn Heiligen diser Neun Cör der Enngel mit namen auch von Irem Ambt thuen vnd wesen, sambt iedem Cor mit teitsch Reimen ver-*

*fasst. Das annder buech von Allen lieben Englen Gottes außs der Bibel vnnnd schrifften getzogen, was sie für guetes gewürckbet, darneben das bese gstrafft vnns menschen zur warnungen beschechen vnd in Reimen beschriben. Durch Wolfgang Liginger Teutscher schuelhalter vnd mitburger in Minchen. 1582. Initium:*

*Ein herrliche beschreibung zu melden ist*

*In disem buech O frummer christ*

*Außs Gottes Genade vnnnd gab*

*Zu ertzelen ich mir fürgnomen hab &c.*

*Ex ungue leonem. Sub finem Opus suum destinat. Autor*

*Zu lob Euren Römisch Kay. Maiestat*

*Vnd ebr Ir Durchleucht vnd gnad,*

et subscribit: *Vollend durch wolfgang Liginger den zwelfftn september. Im 1582. Exemplar istud Rudolpho II. Imp. submissum fuisse, Thecae ornatus suadet.*

CCCXXXVIII.

444 Codex chartaceus lat. germ. Sec. XVI. Folior. 125. 4. Varia diversis manibus exarata complectitur, quae ad ferventia eo Seculo in Religione Diffidia pertinent, et quidem: I. *Fratris Joannis Dominici Scauolini Bertinorensis ordinis Praedicatorum Tractatum De Sacerdotio, ad illustrijs. ac reuerendis D. Nicolaum Olabum Archiep. Strigon. Legatum natum, Primatem Hungariae, Caesareaeque Maj. summum et Secretarium, Cancellarium et*

*Consiliarium. Ingressus: Inter cetera damna, quae in orbem Christianum Satbanas nostris ijsce temporibus inuexit, Praesul amplissime, illa mihi duo cum praecipue deploranda, tum acriori studio propulsanda uiderentur, quibus uera Sacerdotij religio sublata, et omnis ferme Episcoporum dignitas euersa dispicitur. Bipertitum hinc Opus quis arguat; verum, quae in Codice habentur, de solo agunt Sacerdotio, cujus tractationem, prosequitur Autor, sex ista, ni fallor, copiose satis absoluere poterunt. Nunquid Christiani omnes sacerdotes sint. Deinde, nunquid Sacerdotium inter Sacramenta numerari debeat. Tum a quo institui Sacerdotes debeant. Post haec, quae illorum praecipua functio existimanda sit. Praeterea de Calibatu*

tu pauca quaedam attingemus. Postremo, quomodo multandi, qui Scripturae, Patrum, et Ecclesiae praeceptis neglectis, illegitime sibi Sacerdotium usurparint. Εν συναγωγῆμα totius Tractationis, in qua Scaevolinus versatissimum se in sacris Literis, omnique antiquitate ecclesiastica perhibet. Exit illa in ἀποστοφην ad Deum O. M. cujus ultima: Tuque ipse tuas aras, tuos focos, tua templa, tua sacrificia, tuos sacerdotes defende. Subscriptum: Pofonij. M. D. LXI. Sunt mihi Assertiones disputatae in Templo Praedicatorum die XX. Oct. ejusd. anni hora prima, quarum titulum, cum omnino rarissimae et ipsis Ordinis Bibliothecariis incognitae sint, hic cum Eruditis communicare non pigebit. Serenissimo atque Inuictissimo Bohemiae Regi Maximiliano F. Joannes Dominicus Scoevolinus laborem hunc qualemcunque, seque ipsum perpetuo sacrauit: maiora, nisi Deus impediatur, postea sacraturus. Viennae Austriae Excudebat Michael Zymmermannius Anno M. D. LXI. Foll. 12. 4. In his porro Assertionibus Autor Job. Pici, Paulive Scalichii ingenium aemulatus πολυμαθειαν profitetur et argumenta Theologica, Platonica, Peripatetica, Astrologica, Mathematica, Militaria, Poetica, Rhetorica, Contra communem opinionem seu παραδοξα et Moralia discussioni offerens non raro utramvis partem se tuiturum pollicetur. Ita legas: VII. Nunquid erratum est a Petro, cum

Paulus illum reprehendit? Affirmamus cum Augustino. Negamus cum Hieronymo. &c. Nihil aliud de Viro hoc compertum. Itaque non tam a Deo, ut supra ait, quam a morte praematura impeditus fuisse videtur, ne majora Maximiliano sacraret.

II. Inquirenda ab Haereses Insimulatis. Examen de praecipuis Fidei Capitibus. Interrogationes fiunt ex mente Ecclesiae Rom. Catholicae. Responso Lutheri Sectatorem produunt. Ita de Sacramentorum numero: Credo sacramenta noui testamenti sine controversia esse duo, baptismum et corpus et sanguinem Domini &c. Et de Eucharistia: Credo in Eucharistiae sacramento sub specie panis esse verum Corpus Christi — Speciem autem hoc loco non pro inani et mendaci figura sed pro substantia et veritate intelligo &c. Interrogatio prima est: An credat iure diuino licitum esse prestare iuramentum?

III. Vtrum Nonnulla Protestantibus concedi queant? Additur: Interrogati respondemus cum protestatione de Sahuis sahuandis. Fol. vero praevio legitur: Sereniss. Regiae Maest. (Ferdinando I.) seorsim, ubi vacabit, perlegenda. Ratisponae in Comitibus. Anno 1557. Initium: Quamquam superbiores aduersarij sunt, quam ut Ecclesiasticis vel tantillum donare in animum inducant &c. Scriptum memorabile 7. foll. quod in eo vertitur: Vt aliquid concedatur ad Sectarum postulationem, non assentior; Verum ut quaecunque

in

in Ecclesijs superstitiosa, Paganismum aut Iudeismum representantia, quæstum turpem olentia, anilia, breuiter minime necessaria, non debeant Episcoporum auctoritate aboleri, nullam plane causam video. Atque hæc deinceps enumerat, provocatque ad aliud Scriptum his verbis: *Farraginem talium Abusuum in Diaphora nuper subindicaui. Hinc autorem tenemus Georgium Wicelium, cuius Diaphoram recensui Cod. DXXIII. quem, si lubet, vide. De Luthero sub finem ita sentit: ipsum hac quidem parte (circa abusus) nobis profuisse volentem nolentem. Sed in aliis plerisque plus obfuisse. Morbos Ecclesie indicauit, non sanauit. Permultum Zizanii euulsit, sed plus tritici. Videri uoluit is, qui euerret magnam Domum Dei, cum re ipsa magis euerterit. In hoc conatum hominis laudo, in illo autem non laudo &c. Non minus tamen in reprehendis Curialibus Rom. Episcopis, Sacerdotibus, Monachis seuerus est, concluditque: Concedenda Lutero omnia censeo, quæ concedit Jo. Gerson in Lib. de Defectibus Ecclesie, quæue alij Zelotæ, quibus Deus noster oculos aperuerat, ut uiderent sordes Domus Domine &c. Primo Januarij Anno Domini MDLVII.*

IV. *Epistola Apologetica contra Theologorum in Misnia Consolationem ad Pastores in finibus Bobemæ et Lusatiæ nuper missam. 32. foll. Incipit: Reueren-*  
Denis Codd. Theol. V. I. P. II.

*diffimi Urbani (Textoris) Episcopi Labacen. Alumnus Paulus Scalicus de Lika Philippo Melanthoni S. D. Epistolam beri uesperis inter priuata colloquia mihi legendam traditam semel atque iterum ea qua potui tum fide, cum diligentia nullo prætermisso (quantum uirium mearum patitur imbecillitas) studio (non?) obiter euolui, ac in calce quorundam hominum auctoritatem annexam, in quorum numero et te Melanthon deprehendi, eoque magis in summam admirationem raptus non potui satis huius Epistolæ ineptias, centones et labyrinthos dissolutissimos longeque minus coherentes quam enuntiantes aliquid ueri assequi. Imprimis quod o progenies uiperarum uel in eo operam omnem collocatis &c. Atque incondita hac uehementia iuuenilique dicacitate potius quam eloquentia omnia Theologorum illorum Asserta refellere instituit, gloriam e magno, ut uidetur, Adversario aucupans, verum impar congressus Achilli. Inter alia de Cultu Imaginum: Quare tu Philippe pateris Witembergæ imaginem tuam in congregatione uestra depictam et baptisantem? Quare Lutheri, Pomerani, quorum alter concionatur, alter confessiones audit? Certe magis illa Idolis accommodari possunt, quam nostræ Sanctorum imagines. &c. Literæ datæ: Auguste sexto Idus Aprilis Anno M. D. LV. Quod si eas cum iis, quæ post an. 1557. scripsit ad Protestantes transgressus Scalicus,*

chius, conferas, mirabere Pro-  
teum. Magis mirabere, si addas  
ea, quae post ad Catholicos re-  
dux edidit. Vide, si placet, quae  
de hoc Homine congesti in ver-  
nacula *Typogr. Vienn. Historia*  
P. II. p. 536. Exemplum *Apolo-*  
*giae praesentis* valde mendose  
scriptum est.

V. Congeries Sententiarum Bi-  
blicarum et Ethicarum germani-  
ca, inscripta: *Viel schöner wbar-*  
*nunge vnnnd spruche aus denn psal-*  
*menn vnnndt anndern.* Ufus harum  
Sententiarum elucet ex eo, quod  
subjungitur: *Hiemitt kunndet Ir*  
*aller Bapisten schrifften leicht-*  
*lichen verlegen, wann gleich ein*  
*iglicher Hundertt tausend Bue-*  
*cher schriebe, Dann wie ich ge-*  
*sagtt sie seindt alle sampt schrifft-*  
*lose nackette vnngeleerte schreiber*  
*welche viel besser baderknecht*  
*wbern dann kriegsleuth* — Sed  
apage Homuncionem, qui ne vo-  
culas quidem sibi vernaculas rite  
scribere novit.

VI. Satirica Declamatio *Jesu*  
*Christo* subposita contra Princi-  
pes et Urbes Germaniae accep-  
tantes Formulam dictam *Interim*  
a *Carolo V.* a. 1548. propo-  
sitam. Inscriptur: *Ein erbarmtli-*  
*che vnnndt dennen gotlosen eine er-*  
*schrogkliche clagrede des verjag-*

*ten Jesu christi gottes Jhun vnnndt*  
*seines euangeliums wider die*  
*abtrünnigen Stete vnnndt Für-*  
*stentbumb des deuzschen Landts.*  
1551. Initium: *Der herr Chri-*  
*stus spricht luce am 4. der gaist*  
*des Herren ist ob mier &c.* Mox  
*περὸς ἠποστολικῶν* ingreditur: *Derbal-*  
*benn habe ich der herr christus*  
*mein ganz herz ann dier Deuzsch-*  
*landt aufsgoffen &c.* Et post mul-  
ta phrasibus Biblicis detortis ex-  
probrata: *Meine wortt schlegstu*  
*umb mit menzschen leere, deme*  
*Papstum vnnndt ynterim getrauestu*  
*ann denselben sicher zu wbonen?*  
— Maxime tamen vapulat *No-*  
*rimberga*; contra vero *Magde-*  
*burgum* extollitur: *Vnnndt due ver-*  
*achtest Heufflein, Due selige*  
*Stadt Madeburgk, du cleine Herdt,*  
*die du meine Cantzleij bist, die*  
*meine verjagttten fromme getreuen*  
*vnnndt ghorjamen lieben prediger*  
*auffnimbt &c.* Subscriptus *Mi-*  
*chell maier*, de quo *Jesu Chri-*  
*sti Amanuensi* nihil compertum  
habeo

VII. *Sermo Joannis Cochlei*  
*alias Wendelstein ad exemplum*  
*pro omnibus qui contra Lutherum*  
*volunt scripturas magistraliter et*  
*formaliter traßare.* Satira, ne  
quid moneam. *Wendelinus Coch-*  
*lerla Leßoribus S.*

*En noua forma tibi, multos optata per annos*  
*Traßandi sacros pro pietate libros,*  
*Quam dedit in lucem mira breuitate Cochleus*  
*Inter preclaros Doctor ubique Cocos.*  
*Qui cupit hanc liquidis hausisse in fontibus artem*  
*Adferat ad cochleum mox Cochleare suum.*

1321

## D O G M A T I C I.

1322

D. Joannes Cochleus Venerabili Viro Joanni Kos Sacre Script. licenciato Predicatori Lipsiæ, Salutem plurimam dicit. Quoniam quidem nos igitur gratia divina opitulante maledictum istum Lutherum conculcauimus, ut nobis amplius nec potest, nec vult respondere &c. Laudat Cochleus personatus methodum suam in exponendis Scripturae S. Locis, maxime, quod e loco Jeremiae: *Constitui te super gentes* &c. eruerit, Ecclesiam esse super verbum Dei, quam *glosam*, ut ait, *omnes Lutherani in vno cumulo et omnibus brillis super nasum positae non possent vidisse*. Finit: *et mihi quasi per omnia similis estis, quod vix puto excellentissimum Dn. doctorem Joannem Fabrum tam similem mihi esse in hac arte. Valete et quod facitis, facite. Nunc autem ipsum Sermonem videamus*. Ut vero haec Epistola non ultimum e Schola Obscurorum Virorum discipulum probat, ita Sermo ipse ne quidem ulli Protestantium, cui Verbum Dei sacrum erat, adridere potuit; irreligiosissimus enim per totum cento biblicus est, hoc initio: *Ex nihilo nihil fit, Fratres, nolumus enim vos ignorare de verbo, quod abbreviatum est, Vobis licet pigrum, mihi autem necessario, ait enim scriptura, quid superbis terra et cinis? Sed nihil mihi conscius sum, et quod nihil habet, nihil dat.* &c. Et infra: *Transiens autem primam et secundam custodiam venerunt duæ mulieres meretrices ad Regem Salomonem, et*

*interrogauerunt eum, Tu quis es? Et accusauerunt eum in multis, maxime autem et domesticos fidei; Videns autem quia placeret Iudeis, ascendens in arborem Sycomorum, et cum coepisset mergi, clamabat dicens, Domine saluum fac Regem* — Sed manum retrahit, nam et obscena intorquet profanus Confarcinator.

CCCXXXIX.

Codex membraneus lat. Sec. <sup>268</sup> XV. Folior. 118. f. eleganter scriptus, rubricisque decoratus continet Scripta in caussa Assertionum Johannis de Poly sive Poliaci Doctoris Theologi Parisini et celebris Ecclesiastae Sec. XIV. et quidem I. *Judicium Fratris Petri de palude* (de la Palu) ordinis fratrum predicatorum Magistri in Theologia contra Magistrum Johannem de poliaco doctorem in Theologia super articulis qui secuntur. *Judicium hoc, quo singulis XIII. Johannis assertionibus sua subjecta est refutatio, Cod. DL. indicatum est, fontesque ostensi, qui de hac controversia, conflictuque Jurisdictionis inter Clerum secularem et regularem pertractant, quibus hic Nat. Alexandrum Hist. Eccl. T. VII. Paris. 1699. p. 96. f. addo. Initium est: Primus articulus est, quod Episcopi qui succedunt apostolis et curati discipulis succedentes, totam auctoritatem suam et potestatem, eque et immediate habent a christo sicut et dominus papa &c. Finis: potestate clauium nullatenus*